cioſa margarita vendidit omnia que ha-
buit ⁊ eam emit:et poſt eaȝ proiecit. Ipſe
quaſi inter duas ſellas ad terram cecidit.
Bernardus loquens cuidã ſanctimonia
li: Deum inquit repellẽs ⁊ a ſeculo repul-
ſa inter duas vt dicitur ſellas corrueras:
nec deo itaqȝ viuebas q2 nolebas:nec ſe-
culo q2 non poteras. Frequẽter deberent
habere in corde ſuo qui mũdum relique-
runt ⁊ monaſteriũ intrauerunt illud ver-
bum petri: Math.xix. Ecce nos reliqui-
mus oĩa ⁊ ſecuti ſumus te:quid ergo erit
nobis? Mira fatuitas eſt cũ aliquis ami-
cum illum pro quo patrem ⁊ matreȝ ⁊ oẽs
alios amicos carnales reliquit a quo oĩa
bona recepit ⁊ plura erat recepturus:ini-
micũ ſibi reddit ⁊ pertinaciter offendit.

Frequenter voluendũ in corde religioſi.

Qui in monaſterijs male viuunt deberẽt
frequenter dicere dño illud Tho.x. Oĩa
in te habentes nõ te debuimus dimittere
ire a nobis. Item valde reprehenſibilis ẽ
qui in monaſterio male viuit:vbi nõ ſolũ
bene ſed etiam melius viuere debuit:ipſe
vero econtrario non ſoluȝ ibi viuit male
ſed etiaȝ valde male. Tales enim vel ſunt
valde mali vel ſunt demones vel angeli.
Auguſtinus: Nõ inueni meliores q̃ȝ qui
in monaſterio profecerunt:nec expertus
ſum deteriores q̃ȝ qui in monaſterio defe
cerunt.

Nota.

Multa vero ſunt que ad magni
tudinẽ malicie eius q in monaſterio male
viuit facere videntur. Primũ eſt loci ſan-
ctitas. Scdm bonoꝝ ſocietas. Tertiũ be-
ne viuendi oportunitas. Quartũ ꝙ a deo
prouiſionem recipit. Quintũ eſt profeſſio
que preceſſit. Sextũ eſt ꝙ ea quibus indi
gnus eſt facere preſumit. Septimuȝ ꝙ lo
cum vnius boni viri occupat. Octauuȝ ꝙ
eos a quibus recipit beneficia defraudat
Nonũ ꝙ penis quibus ſimiles ſibi puni-
ti ſunt non terretur. Decimum eſt dãnuȝ
qd incurrit a peccato nõ cobibere.

multa aggrauant maliciã male viuẽtiũ in religione.

¶ Sã
ctitas loci non parũ aggrauat peccatum.
Unde dicitur Iſa.xxvj. In terra ſancto-
ruȝ iniqua geſſit:et nõ videbit gloriã dei.
Multũ diſplicet ſaluatori cũ contaminã-
tur loca ſaluti deputata. De qua cõtami-
natione ipſe conqueritur. Jeremie.ij. Cõ
taminaſtis inquit terrã meã. Multũ etiã
aggrauat peccatuȝ bonoꝝ ſocietas. Qui
malus eſt inter bonos eſt ſicut iudas iter
chriſti diſcipulos ⁊ ſicut ſathan inter dei
filios. De quo Job prio: Cum veniſſent
filij dei vt aſſiſterent coram dño affuit in-
ter eos ⁊ ſathan. Sathanas.i. aduerſari9
eſt qui ſaluti alioꝝ aduerſatur: vꝪ eos de-
fraudando adiutorio quod eis facere de-
buit:vel eis contrario greſſu incedendo:
eundo.ſ.in infernũ alijs euntibus in para
diſum:vel eos ſcandalizando. Saluator
iudam diabolũ vocauit qui inter bonos
malus fuit. Jo.vj. Nõne duodecim vos
elegi:⁊ vnus ex vobis diabolus eſt. Item
oportunitas bene viuendi quã habet ali-
quis in clauſtro bene diſpoſito multũ ag
grauat peccatũ male viuentibus ibi. Nõ
ſolum enim fructuoſius ſed etiã iocundi9
poſſet bene viuere q̃ȝ male. Unde Ber-
nardus loquens de illo verbo pſalmi: Cõ
fundantur omnes iniqua agentes ſuper-
uacue:dicit An non ſuperuacue agit ini-
qua qui non modo fructuoſius ſed etiam
iocundius deo ſeruire poterat q̃ȝ mundo

Sathanas.

maior eſt pena quã habet religioſus dum
peccatũ procuratur ⁊ in ſtimulo conſcien
tie qui ſequitur:⁊ in erubeſcentia quã ha
bet dũ deprehenditur ⁊ in penitẽtia quaȝ
facere compellitur vel in timore quem ha
bet ne deprehẽdatur: q̃ȝ ſit iocunditas quã
habet cũ peccatuȝ perpetratur. Preterea
ſi bene viueret interiorem iocunditatẽ ha
beret. In cuſtodiẽdis eniȝ mandatis dei
eſt retributio multa. Sed ſicut dicit Gre
gorius: Ueſana mens plus ſe aſſequi aſpe
ra carnaliter q̃ȝ tenere blanda ſpũalr gau
det. Habentes mãna faſtidiunt ⁊ ſepe de
ſiderant que nõ ſine lachrymis comedun
tur. Prouiſio etiam quã a deo recipit pec
catum multũ aggrauat. Proditor eniȝ eſt
cũ eum a quo veſtitur ⁊ paſcitur impugnat.
De illo poteſt dicere dñs illud Luce xxij.
Ecce manus tradentis me mecũ eſt in mẽ
ſa. Si inimicus me9 maledixiſſet mihi ſu-
ſtinuiſſeȝ vtiqȝ: Tu vero homo vnanimis
dux meus ⁊ notus meus qui ſimul mecuȝ
dulces capiebas cibos. Canis illuȝ amat
a quo paſcitur:quando alios valde perſe
quitur. Cane ergo deterior eſſe videtur qui
beneficijs que a deo recipit ab eius impu
gnatione non cobibet. Item nõ parũ ag-
grauat peccatum profeſſio que preceſſit.
Non enim parua culpa eſt cum ille qui ſe

Nota ꝙ religioſus peccãſ maiorem penã ſentit in ſe q̃ȝ delectationem.